



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et
Justitiæ, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque
omnibus in utroque Foro ...

Pars I. De Testamentis, Codicillis, & ultimis voluntatibus. Pars II. De
Hærede, & Hæreditate. Pars III. De Legitima Trebellianica, & aliis
Detractionibus

**Luca, Giovanni Battista de
Coloniae Agrippinae, 1690**

Disc. II. Firmana hæreditatis. An institutus hæres in usufructu, post cuius
mortem datus sit hæres in proprietate, dicatur hæres universalis, qui
alteri post mortem restituere sit gravatus; Vel ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74043](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74043)

DE HAERDE ET HAEREDITATE

Constitutâ verò istâ regula, major questio cedit, an idem institutus in usufructu, vel re particulari, qui ob unam vel alteram ex dictis rationibus, alio non dato hærede universali, efficitur talis, censeatur tamen jure impliciti fideicommissi gravatus restituere hæreditatem venientibus ab intestato, necne; Et super hoc pariter DD. nimium certant, indagando, an adit dictio taxativa, vel alia concurrant verba, seu adminicula, diversam defuncti voluntatem suadentia; Et polito quod concurrent, an urgeat defectus potestatis, quod scilicet, nec volens possit id agere; Aliique ponderant clausulam codicillarem, seu in alijs similibus frigiditatibus immorantur, magnasque desuper retexunt questiones pariter pro meo iudicio, scholis, & Academiis congruas, quoniam verius est istam esse questionem potius facti, & voluntatis, quam juris, ideoque juxta nimium frequenter insinuatam hujusmodi questionum naturam, seu qualitatem, certa, & determinata regula generalis cuiuscumque casui applicabilis dari non potest, atq; erroneo est doctrinæ, ac decisiones unum casum ex ejus circumstantiis uno modo determinantes, cuiuscumque alteri applicare, quoniam ex singulorum particularibus circumstantiis, ac pro facti qualitate desumenda est, decisio, eo modo, quo in fideicommissariis, aliquae voluntatis questionibus habemus.

Atque fabula species videtur assumptum, ut ex quadam juris civilis subtilitate, seu ex legum grammaticalibus significationibus, vel subtilibus argumentis induci debeat potestatis defectus, quodque invito moriente, debeat quis ejus hæreditatem ac bona obtinere, cum id solum procedat in ea successione, quam lex necessariam esse voluit, expresse adempta morienti potestate alteri statuendi, ut (e.g. Ihaberius in legitima filii), vel parentibus debita à jure municipali, quandoque etiam aucta ad totum, ut praesertim in mulieribus respectu dotis contingere solet, sive in parente binubo, cum similibus; Aut ex qualitate bonorum in libero commercio non existentium, ut sunt fenda, & similia; Sed his circumstantiis cessantibus cum leges civiles apud nos, potius ex populorum recepto usu ob earum rationabilitatem habeamus juxta legalem historiam pluries insinuatam, praesertim sub tit. de servit dicto; aded ut in aliquibus partibus, in quibus illæ ostensis moribus adaptata non sit, non fuerint receperata, vel per contrarias leges municipales abolita, vel declarata, ut praesertim advertitur sub tit. de success. ab intestato disc. i. Hinc proinde prorsus incongruum videtur, ob pedagogicas potius, quam legales rigorosas significationes verborum, vel subtiles inductiones legû, in foro statuere hanc exorbitantiam, spernendi morientis voluntatem, quodque eo invito, vel nolente, alter ejus bona obtinere debeat; Et consequenter præcipue judicantis, vel Consulentis ad veritatem partes esse evidenter, indagandi morientis voluntatem verisimilem, adhibendo veram, imò necessariam, sive ipsiusque insinuatam regulam, attendendi potius substantiam voluntatis, quam verborum formalitatem; Atque ubi haec assilit, illam attendere tanquam dominam & Reginam; Ea verò incerta, & ambigua existente, runc recurrere ad juris regulas & propositiones expressas, vel saltim à magis communi, atque in foro recepta opinionem statutas, que in hoc proposito, ut patet ex eisdem allegatis, & praesertim ex dicta decretis Rota apud Othob. de 203, assilunt testamento, quamvis in eis certa scripto, potius quam venientibus ab intestato, quos patet testatorem non contemplasserit, neque cordi habuisse, dum ad testa-

menti confectionem processit, unde propterea de nimum declaravit decadendi testatus, non autem intestatus; Cumque erga jam honoratum affectionem ostenderit, merito lex in defectu heredis universalis, quem testator in animo habebat, sed negligenter, suppler potius illum, quam intestatos omnino neglegentes, potissimum, quia ex communis styllo, in procœdio adjici solet ista causa ordinandi testamen- tum, ne intestatus decederet.

In hoc item proposito: In una Firmana disputata in Congregatione Fabriæ, acutum fuit de quodam testamento, in quo agebatur de instituto in solo residuo, atque bene resolutum est illum esse hæredem universalis, quoniam residui appellatio- ne totum venit ad text. in l. 2. Cod. de hered. institu- cum concord. per Peregrin. de fideic. art. 9. num. 6. Cancer. Variar. part. 3. cap. 22. de iur. accresc. num. 82. Bellon. jun. de accresc. cap. 7. quest. 6. num. 10. Quamvis enim juris civilis antiqui subtilitas certam formam in hæredis institutione præscripsit, at tamen jus novum hujusmodi subtilitates subtilitatis, & quomodo cumque verba concepta sint, substantia voluntatis, seu effectus attenditur, quoniam ubilex plusquam clara, & præcisa non urgeat, nunquam sola formalitas verborum, substantiam vo- luntatis tollere debet, vel eas in inefficacem reddere.

FIRMANA HAEREDITATIS

PRO

VICTORIA DE RUBEIS.

CVM

BENEFICIATO.

Casus disputatus coram. T. credo, reso-
latus pro Vicia

An institutus hæres in usufructu, post cu-
jus mortem datus sit hæres in proprie-
tate, & catur hæres universalis, qui alteri post mortem restitue se sit gravatus; Vel potius alter dicatur hæres directus ab initio, institutus autem in usufructu censeatur legatarius, ad plures effectus exinde resolute, & praesertim in hac facti specie, super restitutione fructu perceptorum, in casu contraventionis.

SVMMA RIU M.

D E effectibus ex ista questione resultantibus.
Facti series.

3 An & quando mulier contraveniens vo-
luntatis testatoris per transitum ad secun-
da vota restituar fructus.

4 De questione principali, an institutus in usufructu
dicatur hæres.

5 Quomodo intelligenda sit regula, quæ desuper sta-
tuitur.

6 Quales sint conjectura unam, vel alteram volun-
tatem suadentes remissive.

7 De applicatione ad cajum controversia.

DISC.

Frequenter de ista questione agi contingit, quoniam praesertim uxorati consuetudinem habent influendi uxores usufructuarias ad vitam, atque post earum mortem dandi heredem in proprietate, non quod in uxoribus aliquid peculiare in iure statutum sit, sed quia ista est frequentior contingencia, ideoque intrat quæstio, avocatus post mortem primò honorari, jure substitui, ac secundi heredis potius, quam primi & directi habendus veniat, vel e converso, ad plures effectus exinde resultantes, potissimum vero illum plures in suum subtit. de fideicommiss. super cædatione, vel transmissione respondeat, quando casus præbeat præmortientiam secundi, quem testator speravit primò supersitum fore; Ac etiam percutit alterum effectum detractionis Trebellianæ ex juxta calum disputatum in Imolen. sub tit. de detrac. dis. 33. cum similibus effectibus exinde resultantibus; Inter quos est ille, de quo in hac facti specie agebatur, super restitutio[n]e scilicet fructu[m] medio tempore perceptorum facienda necne per Victoria[m] à Felice viro institutam heredem in usufructu sub lege viduitatis scripto post ejus mortem naturalem, vel civilem herede, beneficio erigendo, quoniam cum Victoria post aliquorum annorum decursum, ad secundam vota convolasset, prætendebat beneficiatus qui jam hereditatem pacificè obtinuerat, ut fructus percepti quoque restituvi debent, idque pendebat ab hoc punto.

In ista etenim questione, an uxor quæ sub lege viduitatis aliquid ex viri dispositione obtiner, contraveniente tenetur restituere fructus interim viduitate durante perceptos, præcipua distinctione est, an agatur de legato, vel in institutione particulari, vel potius de institutione universalis; Primo etenim cœlitat distinctio, an dispositio sit conditionalis, vel modalis, unde propterea DD. nimium certant, quando concepta est ingerundio, an importet potius conditionem, vel modum, ut advertitur sub tit. de legatis; In altero autem, in quo agatur de institutione universalis, hujusmodi distinctiones non intrant, sed indefinitè, dato casu contraventionis, intrat retroactio ad initium, & consequenter intrat restitutio fructuum, ex ea differentia ratione, quod hereditas ad tempus, vel sub conditione dari non potest, neque in annos distribuit, ut antiquioribus relatis, ita dittingendo firmatur in Imolen. bonorum 31. Maii 1913. coram Coccino, quæ reputatur in materia magistralis cum concordantibus per addendum Gregor. decis. 187. & frequenter, cum sit distinctione recepta; ideoque huic mulieri expediebat eam esse potius legatoriam, quam heredem; Sicuti è converso ad prædictos alios effectus caducationis, vel trebellianicas, ac similes, res cœlin oppositum.

Cumigitur in ista causa pendente coram A. C. Scribentes hinc inde, in dicta theoria, seu distinctione concordaremus, ideoque restringeretur quæstio ad applicationem; Dicebam scribens pro muliere (etiam cum sensu veritatis, qualem credo, quod Index agnoverit, ei concedendo absolvitoria) quod licet apud antiquiores magna involuta que fuerit ista quæstio, in qua DD. hinc inde per clasos fissi sunt, ut patet præsertim ex plene relatis per Bellon. jun. de iur. accresc. cap. 7. quæst. 16. ubi ex nro 181. questionem disputat ad partes, atque utriusque opinionis sequaces, & fundamenta expendit; Attamen hodie ex magis communis, & vera sententia receptum est in foro pro regula, ut heres institutus in

usufructu habeatur loco legatarii, vel heredis particularis, ille vero qui in proprietate institutus est, censeatur primus ac directus heres ab initio juxta plenè firmata per Bellon. jun. ubi supra Capit. Latr. consult. 112. & 147. Marcius jun. disput. 99. & hanc perpetuò tenuit Rota, praesertim à tempore, quo coram Merlino articulum ex professo disputavit, ut apud eum decis. 505. repetit. decis. 22. par. 6. rec. decis. 120. & 172 par. 9. cum aliis in dicta Imolen prædit sub tit. de legitima, & detraction. dis. 33.

Et bene verum, quod ista non est regula necessaria, cum nullibi lex eam expressè statuerit, sed solum presumptiva, quod scilicet magis communis DD. scholæ id credit disponentis voluntati magis adaptatum; Et consequenter ubi diversæ voluntatis probatio etiam admixtiva, seu conjecturalis accedit, concordant omnes ut illa attendat, ac prævalere debeat, cum nulla substantia dubitandi, ut apud eosdem supra allegatos.

Quales autem sint presumptio[n]es, & conjectura, unam, vel alteram voluntatem suadentes, latè præ ceteris deducit, ac elaborat expenditure Bellon. jun. loco cit. ubi videri potest; Ad illud tamen advertendo, quod non ex eo, ut aliqua conjectura, eam nonizata, vel rejecta quandoque sint, ita exinde in omnibus alijs casibus amplectenda, vel rejicienda veniant, quoniam totum pender ex facti qualitate, & circumstantiis, ex quibus in uno casu mereantur amplecti, & in alio rejici, ut in fideicommissaria materia frequenter adverteatur.

Applicando autem ad hanc facti speciem; Agebatur de testamento viri idiotæ, quod rudi, & grossolanò modo conceptum erat, unde propterea omnino improbabile dicerebant, ut testator ad hujusmodi subtilitates cogitare potuerit; Et quod magis, non adeò abhorruerat secundas nuptias, dum etiam in eorum casu, alias vestes, aliaque bona mobilia uxori reliquit; Ideoque improbabile est, ut ad fructum perceptorum, & consumptorum restitucionem eam obligare voluerit; Atque attendendo substantiam voluntatis potius quam hujusmodi Juristarum subtilitates, ea mihi videbatur, quod usquequo mulier in statu viduitatis permanisset, voluerit testator, ut tanquam adhuc faciens figuram suæ uxorius, commode, ac decenter viveret, postquam vero per transitum ad alias nuptias hanc figuram amplius non faceret, tanquam ex cessante causa, hoc subsidium cessaret, non autem, ut obligata remaneret, ita remanere indotata, restituendo fructus in statu bona fidei consumptos &c.

ROMANA

HÆREDITATIS

DE GUEFFIR,

PRO

CHRISTOPHORO, & ALIIS

CUM

CONVENTU MINIMORUM
AD MONTES.

Casus disputatus coram A. C. seipius per concordiam.

An, & quando institutio heredis in bonis

A 4

aliqui-

De LUCA
De
Instrumentis
et cat.
GVI
g